

78 N 13 C 82 ] X3013655

VIRO CLARISSIMO  
DOMINO  
CHRISTIANO  
AUGUSTOLICH-  
TENHAHNO

MEDIC. DUCAL. SAXON. DESIGN. ET PHYSIC.  
SORBIG. ET BITTERFELD.

*SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES*

GRATULATUR

CHRISTIAN. BENJAM. WEISS.

J. U. LJC.



Kapsel 78 N 13 [82]

AK

AIR O CLARISIMO  
DOMINO  
CHRISTIANO  
AUGUSTOLICH  
TENHANO

MEDIC. DUCAL SAXON. DESIGN. ET PHYSIC.  
SORBO. ET LIBRERIA.

ZUMMEL IN MATE MEDIC. NOVARS

CARTULARIA

CHRISTIAN BENJAMIN MEISS

16. DEC. 1750. T. G. PH. 16. DEC. 1750.



DOB

16. DEC. 1750.



Hoc omne digne eximine dilecte  
Hoc sagittorum et ornatum digne  
Ic quale partis carmen honoribus  
Scribam, medentis Lux nova Curiæ,  
Dic docte LICHTENHAHNE,  
quali  
Latide Tuam decorabo mitram?

Non me Sorores, scis, Aganippidos  
Novem fluento, non Heliconii  
Lavere lymphis, nec beavit  
Me facili pia Musa plectro.

Quin me sonori carminis arbiter  
Apollo parvò fine coercuit:  
Sic unda per virgulta serpens  
Exiguò trepidat fusurò.

Sed Te tenellum Castalidum cohors  
Excepit ulnis, & docuit Sacri  
Ad fontis umbram Te illa cultum  
Et lepidum resonare caramen.

Assuetus ergo Fontis amoribus,  
Qui quondam equinâ natus ab ungulâ,  
Et fontibus, sic mos alumni,  
Non renuis meritos honores.

Fit nomen undis LAUCHSTADIENSIBUS  
Fontique per Te gloria nascitur  
Non thure, non aras struendo  
Non aliò pietatis œstro.

Sed lympha Fontis quâ sit origine,  
Quæ sit potestas hisque recondita  
Morbos fugandi undis facultas  
Quid medici valeant canales?

Hoc

Hoc omne doctō examine discutis,  
Hoc argumentis conspicuis probas.

Miratur annos assidentū

Ingeniumque Corona Patrum.

HOFFMANNUS ostrō stat Tyrio nitens,  
Silere gaudet, namque silentium  
Inglorium nunquam Magistro,  
Discipulo subeunte pugnam.

Gaudet palæstram Te Podalirij  
Tueri, inermis quam bene dimices,  
Gestit videre, ac in cruentâ  
Clade novos referas Honores.

Novō Superbum vindice Spiritus  
Nunc altiores LAUCHSTADIUM cape!  
Non est, quod ætas invidendos  
Objiciat tibi prisca fontes.

Amphion urbes cantibus extruit,  
Thebæque parvā proveniunt lyrā,  
Surgunt tuō versū Poëta  
Blandusīæ Venusine lymphae.

Majora Musis LAUCHSTADIUM Tuis  
Et ponderatis tam bene Regulis  
Debere, LICHTENHAHNE, certum:  
Tu recreas pariterque prodes.

Huc! huc! Sorores, Fonticolæ Deæ,  
Frontique doctæ neclite floribus  
Stipata multis ferta, talem  
Serta decent violæque frontem.

Sic unda vestris limpida vallibus  
Non desit unquam, neve virentia  
Infestet unquam Phœbus antra  
Nec rabiosi Aquilonis aura.

HO

• 60 40 40 80 •

78 N 13 C 82 ]

X3013655

VIRO [MO

DO

CHR [NO  
AUGU [CH-  
TEN

MEDIC. DUCAL. S. ET PHYSIC.

SORBIC

SUMMOS IN RES

CHRISTIA CISS.



Kapsel 78N 13 [82]

AK

